



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De martyribus, cap. 64.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

IN Colonia burgenſis quidam erat; homo diues & potens, Carolus nomine, pater domini Caroli Abbat̄is quādoque Vilarienſis: hic cū audiffet, quia Apoſtoli iudicaturi eſſent, cogitauit intra ſe dicens: Peccatum graue eſt, & lapides anchorarij valde ſunt ponderoſi; emam ergo lapides tales ad futuram fabricam ſanctorum Apoſtolorum, vt cū in die iudicij opera mea bona, nec non & mala poſita fuerint in ſtatera, Apoſtoli, qui iudices erunt, lapides iſtos lanci, opera mea bona continenti, immittent, & mox præponderabit. Emit ergo nauim plenam lapidibus, quos per currus portari, & iuxta eccleſiam Apoſtolorū deponi fecit: quem cū canonici interrogaffent, quid ſibi vellet per lapides illos; reſpondit: Aliqua dierum renouanda eſt eccleſia iſta, & tunc erunt vobis neceſſarii. Non multo poſt, cū extenderetur eccleſia, occasione, vt puto, eorundem lapidum, in fundamento poſiti ſunt. Hæc de Apoſtolorū viſionibus dicta ſunt. Nunc aliqua tibi dicam de martyribus. **APOLLONIVS:** Quid faciat martyres, quare martyres dicantur, vel quot ſint genera martyrii, prius mihi edicas. **CÆSARIVS:** Facilis horum ſolutio eſt.

CAPVT LXIII.

Martyres unde dicantur, quid faciat martyres, & quot ſint genera martyrii
Aug. l. 1. cōtra epi. l' arme. cap. 9. Genes. 4. Mat. 14. 2. Mac. 7

CAuſa non pœna facit martyres: duo enim latrones Chriſto affixi ſūt hinc inde, vnus martyr effectus eſt propter virtutem confeſſionis, alteri pœna ſua, initium fuit æternæ dānationis. Martyres enim græcè, teſtes dicuntur latinè, eo quòd pro teſtimonio fidei occiſi ſunt. Sūt autē quatuor genera martyrii: quidā occiſi ſunt propter ſolam innocentiam, vt Abel; alij propter iuſtitiam, vt Prophetæ & Ioannes Baptiſta; alij propter zelum legis, vt ſeptē fratres Machabæi; alij propter fidem Chriſti, vt Apoſtoli eorumque ſucceſſores, & hi antonomatiçè dicuntur martyres, id eſt, teſtes, quia ſanguinis ſui effuſione fidei Chriſti ſubſcripſerunt. **APOLLONIVS:** Attendunt ſancti cū a nobis venerantur? **CÆSARIVS:** Etiam; adhuc enim per diuerſas viſiones, ſuas manifeſtant.

stant mortalibus reliquias, vt venerantibus illas debi-
tores fiant.

CAPVT LXV.

Quando renouata est ecclesia Bonnensis, quo-
rundam martyrum corpora ex sacra legione
Thebæorum illic reperta sunt; ex quibus cum
vnum corpus integrum, & præterea pars alterius mar-
tyris nobis data fuisset, cuidam adolefcēti talis de eis
visio ostensa est. Videbatur sibi in somnis stare iuxta
scrinium earundem reliquiarum, cui cum quidam di-
ceret: Nosti quid in isto scrinio contineatur? & mo-
nachus responderet: Etiam, corpus martyris nostri,
ille subiunxit: Falleris, nam vir vnus, & dimidius in eo
jacent. Quod vsque ad illud tempus omnes nos la-
tuit. Tantæ autem virtutis sunt eadem sacra ossa,
vt aqua superfusa, variis infirmitatibus sit medela:
maximè tamen sanat tumores ac inflationes. Quod
verò fidelibus in periculis succurrat, visio subsequens
declarat.

*Visiones
sive appa-
ritions
sanctorū
martyrū*

CAPVT LXVI.

Anno gratiæ millesimo ducentesimo decimo
septimo, cruce signati ex tota Alemania ac
Frisia, cum trecentis ferè nauibus, circa idus
Iulii intrauerunt portum Vlixibone: in quo dum per
aliquot dies morarentur, plures naues illic expectan-
tes, ad petitionem Seueri Episcopi iam dictæ ciuita-
tis, & Episcopi Eborensis, necnon & Templariorum,
atque Hospitalariorum, castrum Saracenorum, no-
mine Alkafer, id est, omnium carcer, obsederūt. Sexta
verò feria post natiuitatem beatæ Dei genitricis Ma-
ria, congregati sunt contra eos quatuor Saracenorū
Reges, habentes in exercitu suo ad centum milia pu-
gnatorum: quibus Christiani, numero minores, sed fi-
de maiores, sanctum Iacobum, beatūque Vincētium
regionis illius patronum, & alios, si quos poterāt san-
ctos inuocantes, hostibus occurrerunt. In primo verò
congressu, vnus regum cecidit, interfectorū verò non
erat numerus, plurimi captiuati sunt: qui cum per
exercitum ducerentur a Christianis, quærebant signa
victorum,

*martyres
succur-
rūt fide-
libus in
periculis*